HIERONYMUS
Admont (?), 1. Hälfte 12. Jh. Seite 142r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



surdu & aures eis sunt. Omnes gentes congregate sunt simul.
& collecte sunt tribus. Quis in uobis annuntiauit istud. &
que prima sunt audire nos faciet. Et dent testes eorum & iusti
ficentur. & audiant & dicant. Uere uos testes mei dicit dns.
& seruus meus quem elegi. Ut sciatis & credatis mihi. & intel
legatis quia ipse ego sum. Ante me non est formatus ds. & post
me non erit. Ego sum. ego sum dns. & non est absque me saluator. Ego
adnuntiaui & saluaui. auditum feci. & non fuit in uobis alie
nus. Uos testes mei dicit dns. & ego ds. Et ab inicio ego ipse.
& non est qui de manu mea eruat. Operabor. & quis auertet
illud. Lxx. Et nunc sic dicit dns ds qui fecit te iacob. & creauit
te israel. Noli timere. quoniam redemi te. uocaui te nomine meo.
Meus es tu. Et si transieris per aquam tecum sum. & flumina non ope
rient te. Et si transieris per ignem non conbureris. flamma non ex
uret te. quia ego sum dns ds tuus. sanctus israel saluator tuus. fe
ci commutationem tuam egyptum & ethiopiam & soena pro te.
honorabilis factus es & in conspectu meo glorificatus. &
ego dilexi te. Et dabo homines pro te & principes pro capite tuo.
Noli timere. quoniam tecum sum. Ab oriente adducam semen tuum. &
ab occidente congregabo. Dicam aquiloni adduc. africo
noli prohibere. Filios meos de terra longinqua. & filias
meas a terminis terre. omnes qui uocantur nomine meo. In
gloria enim mea creaui illum. & plasmaui eum. & feci illum. Et
eduxit populum cecum qui habet oculos & sunt ceci. & surdi
sunt aures eius. Omnes gentes congregate sunt simul. &
conuenerunt principes earum. Quis annuntiabit hec. aut
que a principio sunt quis annuntiauit uobis. Adducant
testes suos & iustificentur. & audiant & loquantur.
uere estote mihi testes. & ego testis dicit dns ds. & puer